



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ioannes Silentarius. 13. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

306 VITÆ SANCTORUM. 13. Maii.  
vel hi vel illi potuere quin identidem ap-  
plauderent certanti. Omnia passum,  
quæ Tiberiano Præsidi furoris inge-  
nium dictavit, caput à Cælestino car-  
nifice abscissum est; sed ferrum strin-  
gere non antè auso, quàm Angeli  
beati Martyris satellites, ipsomet de-  
precante; paulò longius ab ejus latere  
secederent. Corpus in flumen proje-  
ctum canes extraxere; bini ex iis mari  
obviàm progressi nobilis thesauri indi-  
cium fecerunt. Functam ultimo pietate  
officio de cælo filius est allocutus paratæ  
mercedis sponsor. Dolendum ALEX-  
ANDRI hujus verè magni virtutibus pa-  
rem scriptorem non obtigisse, sed illud  
amplius, tam paucos haberè imitatores.  
*Ex Metaphr.*

*Cùm fallax hujus mundi felicitas tot  
calamitatibus sit obnoxia, cùm potentia  
temporalis tot casibus varianda subjaceat,  
& rerum ordo sese sicut scenicæ vertiginis  
alternitate confundat, quis sanæ mentis à  
rebus tã frivolis tamque fugacibus animum  
non avertat? S. Pet. Dam. lib. 7. ep. 5.*

S. IOANNES SILENTIARIUS.  
13. Maii.

Diceret idem jam esse Ioannem &  
MARTIÆ amatorem. Certè talis ille  
fuit IOANNES, qui à taciturnitate no-  
men habet. Etenim magnarum opum  
hæres

hæres earum hæredum esse MARIAM  
 vivus voluit, nobilissimo in ejus hono-  
 rem templo extructo; ipse vitam cum a-  
 liis DEO DEIQUE MATRI devotam e-  
 git, tantâ animi integritate, ut nudum,  
 quoad vixit, numquam se aspexerit, vel  
 hac una sanè verecundia *Virgini* charus.  
 Ad infulam subinde omnium votis præ-  
 terquam suis vocatus, Hierosolymam  
 abiit: ibi cum stellam cruce insignem  
 vidisset, audissetque vocem, qua præ-  
 euntem sequi jubebatur, memor quàm  
 bona dux Stella jam olim fuisset, exem-  
 plò in viam se dedit. Nec aberravit pro-  
 fectò, nam restà in cœnobium amplif-  
 simum venit, in eoque VII. annos; in  
 spelæo deinde IX. alios silentio tradu-  
 xit. Hinc egressus & viarum anfractibus  
 implicitus, à Calitibus eò iterum re-  
 portatus, & contra incursiones Sarace-  
 norum à leone est defensus. Tandem ad  
 cœnobium reversus, & post multos an-  
 nos ab Angelo proditus, Caryotam in  
 petram abjecit. Et ecce continuo hæc  
 simul radices simul germen agere, tum  
 frondes tota ædicula explicare, & post  
 tertium denique diem fructum ferre. A-  
 biit deinde IOANNES ex humanis an-  
 no M. LVIII. ætatis C. IX. vir qui vel  
 tacendo meruit, ut omnis de illo ætas  
 loquatur. *Ex Metaphr.*

*Loquere sanè, si quid silentio melius &  
 excellentius habes; at ubi silere præstat.*

308. VITÆ SANCTORUM. 14. Maii.  
*quàm loqui, silentio acquiesce. Nosti enim  
laudatum illud, ordinem labiis constituere,  
atque alia dicere, alia audire. S. Greg.  
Naz. S. Moder. in disp. servan.*

S. PACHOMIUS ABB. 14. Maii.

**D**abit Christianus adolescens victas  
Stygi manus? cùm PACHOMIUS  
nondum Christianus dæmonibus fuerit  
formidini, ut præfente eo vocem mitte-  
re non sint ausi, obstupefacti indole ad-  
mutum Nimiris apertâ: cujus notitiam  
simul atque hausit, continuò carni bel-  
lum indixit, quam ut generosius sper-  
neret, caelesti ambrosiâ, quâ Christo  
nomen dedit nocte, est passus. Mona-  
stices Tyrocinio profito, iussus est divi-  
nitus coetus cogere ex formulâ, quam  
exaratam ab Angelo accepit, erudien-  
dos. Quos inter celeberrima Theodori  
est memoria, qui clarâ stirpe genitus,  
torâ in epulas effusâ domo, hâc cogi-  
tatione icrus est, mundi fabularum  
quàm tristis sit catastrophe, & cùm per-  
sonatis gaudiis larva detrahitur, quàm  
non iuverit ad tempus insanisse. Secuta  
sunt lacrymæ, quas mater conata abster-  
gere, ne fugæ quidem consilium filio  
eripere potuit. Quin adeò cùm diu per-  
quisitum delirescere apud PACHO-  
MIUM inaudisset, armata Episcopo-  
rum Epistolis irrupit in dicata sancto il-  
lius